



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis


Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXIII.

28. Decembris. 5. Cal. Januar.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45314

*cit: Renuit consolari anima mea: me-
mor fui Dei, & delectatus sum.*



28. Decembris. 5. Cal. Januar.

B. MARGARITA, dicta Jeroso- *Obijt*
lymitana, quòd in ipso Christi Ser. *anno*
vatoris natali solo à Matre illuc pere- *1214o*
grinationem instituyente, progenita fu-
eris: quam terram trigesimo ætatis an- *Simu-*
no revisens, ut integritatem pudoris *lat vi-*
conservares, militibus Christianis jun- *rum.*
cta virum te simulasti. Fidem fecit mi-
litaris audacia, cujus specimen vulnus
ostendit, quod in fronte acceperas. E
variis deinde periculis bis tæque capti-
va ope Matris Virginis non sinè pro-
digis erepta, & auxilio Mercatorum
Hispanorum in Gallias reversa, Fra-
trem Germanum, in Fonte-Frigido
monachum invenisti: cujus consilio in
Cirsterciensium Virginum consortio
reliquum vitæ in celebri sanctimonia
transegesti. *Non est necesse in regionibus
longinquis quærere pericula, circumval-
lant nos pessimi salutis nostræ insidiatores.
Tu roga meo nomine Mariam, ut tanquam
acies ordinata suam mihi opem non dene-
get: illa protegente perire non possum.*

B. VIOLANTIA; Coaversa Lu- *Fl. añ.*
sitaniæ;

8590.

*Mini-
morum
defe-
ctuum
curam
agit.*

*Angeli
accin-
toriesi*

sitanæ; quæ ad conservandam animi corporisque innocentiam, præter diligentissimam minimarum noxarum cautelam, & continuum pœnitentiæ rigorem, certissimum invenisti præsidium, in precibus, quas admirabili pietatis fervore coram SS. Eucharistia in multas sæpe horas extendebas: Quin denique in eadem devotione purissimum spiritum emisisti: accitis Monialibus cantu Angelico, quem nihil tale cogitantes audierant. *Doce me diligenter ac sollicitè inquirere in quosdianos & frequentiores meos defectus, eosque pro viribus extirpare. Sicut enim qui spernit modica, paulatim decidit in majora: ita cavens minora, vix unquam in graviora labetur.*

S. BERNARDUS, ser. in Cena Dom.

*DEUS
minora
pecca-
ta per-
mittit,
ad nos
humili-
liãdos*

De minoribus istis peccatis piã nobiscum dispensatione agitur, ut non penitus auferantur, sed in illis nos erudiat Deus, ut cum minima cavere non possumus, certi simus, quod non nostris viribus majora superemus, semperque timorati ac solliciti simus, quomodo ejus gratiam non amittamus, quam nobis tam multipliciter necessariam esse sentimus.

29. Decem.